

Adſpecta! O Genitor! mali miſerte!
 Concuffam tumida rateſem procella!
 Saeuas Martigenae furentis iras!
 Et multo tepidos cruore campos!
 Exhaustas opibus domus et vrbes!
 Foedam materiem leuis monetae!
 Orbatas Cereris penu tabernas:
 Laſas ruricolae caſas in agro!
 Euerſas Procerum domos in vrbe:
 Nudatam capreis, ferisque ſyluam!
 Exhaustam arboribus ſacram Dianam!
 Tot raptos Iuuenes ſinu e Parentum!
 Tot ſeptis pecudum greges abactos!
 Tot turres valida manu reuulſas!
 Tot muros tetrica erutos baliſta!
 Tot templa in cineres dolo redacta!
 Tot foedas pecudum per arua ſtrages,
 Et tot praecipites in vrbe mortes!
 Tot Matrum lacrymas, tot et virorum!
 Infando gemitu graues dolores!
 Tot ciues pedibus, tot et lacertis
 Captos, aut rigidis datos tenebris,
 Conſtrictos alios graui cataſta,
 Tot flentes pueros, tot et puellas,
 Natas innocuo gregi querelas!
 TERRAE RVTIGERAE grauem ruinam!
 Sed, quae, dum fieri doles in orbe,
 (Quantumuis animae nec indolere,
 Nec plorare ſolent, ad aſtra vectae:
 Gaude Gente Tua, Tuoque Nato,
 Quem ſtirpi facilis fouebat olim
 Cygnenſis puerum, ſinu, Minerua;